guam queamus in sublime evehere , si modò desides esse non velimus. Quod & aliquando futurum prospicio diligentia generosorum , & industriorum hominum, qui genium habentes , omittere non poterunt, quin id agant etiam præclare. His quidem non nimis solicite vitanda erit verborum præter vulgarem morem transpositio. Sed neque in eo nimia exercenda fiducia ; curandumque maximè , verbis inter se sua nefasit vis , aut acrimonia , quæ splendeat, ita ut orationem non offuscat, sed magis illuminet, perspiciendam non quidem scarabæis , aut papilionibus, quorum non est de die ferre sententiam : quod nec Quiritium apud Romanos olim universorum fuit , quibus nec poëtrarum, nec oratorum elegantiae fuerunt admodum notæ. Sed neque tantum est consuetis accentibus tribendum , ut syllabis vel longis brevitas , vel brevibus insit longitudo, ridiculumque videatur in Græcorum sagacissimorum insistere vestigia. Quod in versibus, quos ante posui, nulla sit catalectorum , & acatalectorum inter se alternatio, quæ Rhythmographis hodie Batavis magnæ curæ est , & omnino familiaris ; ea tamen non adeò est opus , nisi illis, quibus est studium varios inter se versus commiscendi.

14. Quispiam etiam versus istos meos considerans (ut ad Orthographiam revertar) molestè feret forsitan , de his verbis assey , schepper , gekommey , manney , stamme , & sekker consonantem alteram non modò expungere me voluisse, sed iam expunxisse : quodque excedit, alteram corripiuisse non expunctam. Hic mihi validâ profectò sit opus excusatione, nisi ipsæ vocales, post-

post quas mox subeunt consonantes; nisi, inquam, istæ vocales suo me patrocinio tueantur, seque ultrò pronunciarent esse breves: quia videlicet nequit simplex consonans vel seipsum, vel vocalem præcedentem ultra mensuram iustum extendere. Quod iure suo queat facere duplex (ut in verbo, quo in versibus licentiose sum usus, h̄itte) si tantum ibi sit positionis ius, quantum est naturæ verborum, idque citra positionem, in his, gozt, Gesd, stanx, sucht; mors, crux; ōψ, āλς; in quibus sanè verbis haud ulla reperiri potest positio; præter opinionem omnium Grammaticorum. Sæpenumerò nec positionis usus (abūsus erat dicendus) viam rationis ingreditur. Quæ corruptela tam etiam Latinos tangit, quam Græcos. Ut de Germanis nihil dicam many, sony, scribentibus, secundūm plumbeas suas linguis, atque crassas. Quas & nos imitatione dignas arbitramur in ranck, hardt, rouss, straff, sott. Quia scilicet imperiti plerumque gaudent magniloquio, id est verbis modo proprio maioribus: atque hoc agunt, ut corniculum oculi configantur, nilque supra noctuas videant aquilæ. Talpis istis nullam, ne ex felicissimis quidem perspicacissimorum hominum lucubrationibus, lucem ostendas: non, si trium millium aureolorum annuorum facem accenderis. Sat hæc sunt.

15. Pangimus igitur exclusis prætereà multis seram. Utinam autem super his paucis sentire nobis liceat scientiorum, & eruditiorum cogitationulas, seu quosdam veluti manes, quibus illi varie agentur, ob novitatem, quam ego corruptæ, & insulæ vetustati præferre non dubitem, inauditam! Quod si inane istud

votum sit , spes arrideat , futurum ut vel audiam aribus , vel oculis alibi videam argutias , quæ meis de Orthographiâ Belgicâ commentis , vel inventis ratione aliquâ nixæ contraveniant : idque in meam præcipuè institutionem , quam longè magis , quam famulam aliquam specto , vel immò expeto . Vix enim arbitror doctos homines adeò Orthographiam nostram vel contemptum , vel admiratum nunc ituros , ut dici meritò possit ,

Conticuere omnes , intentique ora tenebant :

Quâdoquidem vel ipse adhuc habeo , quod contradicam : neque tantummodò superest , quod in dissentientes , sed & in assentiëtes obtorqueam , qui nimio studio Orthographiam meam in usum invehere nitantur . Et si nihil equidem ambigo , quin ab Orthographiâ longe discedamus , quod fieri nunquam oportuit ; facili ad eam priùs , & apertâ viâ : Ut & nunc tandem haud nimis acclive sit ab errore paululùm deflectere , inque viam reverti ; nisi in errorem semel suscepimus perpetuò incumbere , quam illum post deprehensionem intermittere , honestius videatur .

16. Utiliter nunc subscribi potest ex libro tertio
meorum Epigrammatum

EPIGRAMMA XL.

Uti litterulis non debet semper ijdem ,
Proxima de verbis qui dare verba cupit .
E socio in socium species amat ire colorem :
Qui ruber albescit flosculus , ipsa rosa est .

Ex

*Ex agorū actum fieri; malè feceris agtum:
Litteraque in chartā est, quod color in tabulā.
& ex libro primo*

EPIGR. LXXIV.

Si potes hoc aliquis mihi dicere Grammaticorum:

Syllaba cur longa est pulicis; haud culicis?

Nil rationis habens argumentaris, ab usu.

Lingua mihi dicat pulicis, & culicis.

Que dicit fīd-um, dīcat quoquē lingua fid-ēlēm:

Sool-em vox sool-um dīcito; terra sol-um est.

Talpa molest Batavis; Flora male talpa molestus;

Discat Flora loqui, talpa mol-estus erit.

Talpa mol-is fieri quoquē, si bene Roma loquatur:

Syllabam enim faciet littera demita brem.

Quam malè qui primus posuit, non sensit acuto

Quid sit in accentu; censuit esse moram.

Syllaba sāpe brevis punc̄tum, & profertur acutim:

Semper at esse brevis vult; positura vetat.

Omnibus hac adeò vitium addidit inscia linguis:

Vt iam sit mannus, qui man-us antē fuit.

Hec nostrum ut Graijs Hellas, Romæ hellio sit,

Qualis hiat patulo Cerberus ore trifaux.

& ex libro quinto

EPIGR. LXXI.

Quos mit-o, Marce, bonos e-verfus fortè negabis:

Sunt mali il-i, fateor, si positura bona est.

Si positura fal-it Gracos funul, atque Latinos,
 Crede mihi, nul-us è veribus his malus est.
 Terra fuit ter-a tunc, cùm Roma scriberet augur;
 Aque can-â, haud cannâ, dicta canalis erat.
 Bassis erat bas-is, & tollo tol-o : nempe tolutim
 Mula it, sublatos cùm rapit acta pedes.*

* Sequor in hoc verbo hodiernam Latinorum pronunciationem. Nam Celticum faalt syllabam fal iubet esse longam : ex faal enim natum est faalo, posteâ fal-o ; quia in fals, seu vals a brevis est.

17. His iam de Orthographiâ Belgicâ sic perscriptis, atque propalatis, fuit, qui illius peritus satis vel sit, vel esse debeat. Is à me, legissetne meum de Orthographiâ libellum, quidque de eo sentiret, interrogatus, nihil penè respondit, priusquam urgerem, & instarem, donec aliquid homini in Orthographiâ displicere persicerem; atque illud id esse, Quòd in brou, brou, & eiusdemmodi alijs voculis, ss à me scribatur nullum. Fateri enim se quidem is aiebat, in broussen ipsum ss non esse annectendum posteriori syllabæ, attamen statuere ss non esse avelendum à priore, idque euphoniam gratiâ. Non potui quin subriderem audito eo scilicet euphoniam gratiâ, & mulcerer (ha ha he) intra me suaviter. Promisi verò me rem brevi enucleatum; quod deinde scripto quoquè sic feci. Ut intelligamus Belgicâ linguâ nequaquam esse scribendum brouss, brouss, sed brou, brou; notandum venit apud Belgas ss non esse vocalem, sed consonantem; ut in waek, wiij, wonder. Quod verum esse constat in ss e, ss i, ss ie: quoniam hæc monosyllaba sine consonante nequeunt proferri, deinde quia, ibi cùm nec e, nec i sit consonans, neesse

esse est & esse consonantem, Præterea nisi sit consonans, Latini, alijque vehementer erraverint, cum è Belgico & id est & ijj, vinum, vīm; & è & ijj, vinco, vīng; & è & haer & hēr, verum, vīrai, & è & varit, & beerheit veritas, & beerheide veritè facerent; ipsum & sic proloquentes, ut Belgæ nunc &. Quanquam Latini posteriores cum alijs, & pronunciant fere ut f; sanè non rectè: & enim sic pronunciatum longè alterius est soni, quam &; quod & aures testantur. Accedit quòd & non poteſt non esse consonans, idque cognoscitur ex malâ nostrâ consuetudine, quâ in activis verbis infinitivi modi, nominibusque pluralibus terminationi ejus consonantem superfluè præponimus; ut in sijey, gratijey, ptoijey, broeijey, houwhey, knauwhey; kattey, rottey, finney, quabbeey, &rouwhey; quamvis ita non fiat in monosyllabis, broey, staey, sijy; biey, glooy, raey pro radey. Postremò an & iy &rouw&, & &rouw& possit euphoniam gratiâ (ha ha) esse consonans, non ex surdis id est quærendum, sed ex ijs, quibus aures vigilant. Hi negabunt profectò. Proinde, si cui tantum lingua est, eloquatur, obsecrò, mihi solum &, doceatque frustra scribi ut consonantem. Cūm igitur & sit consonans, sequitur in & &, eiusdemque generis verbis alijs & ponni nequaquam posse, quæ vocali finiuntur. Amicus autem noster, ubi ista legisset, verbis satis significabat (quanquam hæsitaret tamen adhuc paululum) sibi expositionem meam non admodum displicere. Ego quidem nil dubito, quin rectè virum docuerim, sperans fore ut & aliæ eius hallucinationes mihi patefiant, quòd eas allatâ luce penitus depallam. Verumtamen

men satis animadverto metui me à nonnullis, quasi supinitatem eorum nimium sim denudaturus, & expositus risui; cùm tamen nullos sagittis tropicis pétere decreverim, nisi eos, quos Orthographiæ meæ audiam. *Cognoscere* et *ex hoc* petulanter occinere; Etsi quidem non diffiteor Orthographiam initio videri incredibilem, plurimisque inauditam non magis arridere, quam edentulis crustam.

18. In Orthographiâ quoquè meâ numero i leguntur ista verba; Nostræ linguæ nullum verbum acti-
vum infinitivū, nisi in solam syllabam ey desinere. Quæ
cùm deprehendam nonnullis videri parum firma, aut
vera, danda est opera ut queant ea melius intelligi:
quanquam valdè miror homines numerandis pecu-
nijs sagacissimos in patriâ linguâ tantâ cum socordiâ
versari. Sunt igitur actiua verba infinitivo sensu non
unius omnia generis. In his enim particulam ey præce-
dit brevis syllaba; in ipsis longa. Syllaba brevis præce-
dit in his; *Krabben*, *trappen*, *trekken*, *seggen*; cæterisque
omnibus, quæ numero i sunt à me posita; addendis
compositis *bekrabben*, *Gersnappey*, *ontrekken*, *anseggen*.
In quibus etsi penultima syllaba videatur esse longa;
non est tamen; sed accentu eminet; quod in eâ vis ip-
sa verbi sit, nequaquam in syllabam apposititiam trâs-
ferenda; quod veluti fieret, si accentus exprimatur
loco non suo. Atque videntur ea geminam consonan-
tem postulare. In *knabbeley*, *koppesey*, *haggesey* brevi-
tas penultimæ syllabæ prorsus elucet; quæ obscurare-
tur rectâ pronunciatione: hæc enim est talis; *knabbe-ey*, *koppesey*, *haggel-ey*: unde vulgus & in ijs duplicem
audiri

audiri consonantem putet ante ey : male. Quapropter melius ea verba contrahuntur sic , knabsey , kopsey, hagsey ; ne vulgus in istis additâ consonante tandem quoquè peccet, scribatque knabbesley, koppesley, haggesley. Longa syllaba præcedit particulam ey in talibus ; treedey, pseegey, raakey, vijsey, neemey, schijney, slaapey, scheerey, pluisey, meetey; istorumque præterea similibus omnibus. Nec à quoquam in istis duplex consonans ponitur, quia nec auditur non tantum , sed nec audiri videtur. Nunc quærendum ; Siquidem in istis verbis nulla duplex est consonans , cur duplex sit consonans in alijs ? animadverso (quod patet) treedey ex treed & ey , pseegey ex pseech & ey , raakey ex raak & ey , krabben ex krab & ey , hebbej ex heb & en fieri. Animadverso quoquè eo, quod etiam patet, loqui nos posse sic , krab-ey, heb-ey, seg-ey, trek-ey, priori syllabæ consonantem annexendo, cui annexi certè debet. Est in dividendis verbis (ut & de Latinis olim Quintilianus) observatio , mediā litterā consonantem priori , aī sequenti syllabæ adiungas. Adeò ut rectè dixerim, videri verba duplēm consonantem postulare. Non enim reverà postulant; quod facilè noter , qui recte proferat sic , krab-ey , heb-ey : ut brevisyllaba longisyllabis convenient. Nam in longisyllabis (quibus grauey, trouhgey, stuuhgey, prograuey, trouey, stuuey, non annumero ; quod diphthongus in ijs, etsi non usu, naturâ tamen sit anceps) duplex consonans non est ; & ne videtur quidem esse. Quod Ciceronis temporibus, paululūmque infra, ferè, quoties littera media vocalium longarum, vel subiecta longis esset, geminabatur,

ut in

ut in caussa, cassus, divisiones; quomodo & ipsum, & Virgilium scripsisse manus eorum docere ait Quintilianus; inde accidit, quod vetustiores pronunciassent non caussa, sed causa; non cassus, sed casus; ut divisiones; ita ut parum attentis his ibi si audiri videbatur; quamquam audiretur minime; quod & in iusi eveniebat. Veteres enim non duplicabant litteras, ut bene scribit Isidorus. Addo ego, nisi sola voce, aut locutione; easque solas fere vocales logas: Nec in veteri inscriptione Romanâ legas Dui-lios, sed Duilios; non clausque, sed clasque; non summas, sed sumas.

Si quispiam obijciat krabbey, fieri ex krabb & ey, hebbey ex hebb & ey; ex eo quæsiverim, quis hominum tam auritus sit, ut in krabb, & hebb duo bb audire possit; aut in miny duo ny, aut in trapp duo pp? Ne quidem ipse ille, qui in Groni nuper ss audiri à se putabat, quasi dictum esset Groness: aut qui, si ss audiebat, Midas aliquis fuerit necesse est; ne dicam aliud genus animalis, quod Christi caballo (asellus is erat) non est proprius absimile. Auriculis profectò carere non poterit, si cum Germanis auscultet, qui in sony, many, duo yy claré audiri volunt: ridiculè.

19. Numero 2 post verba in fine posita, querere ex me posset aliquis, sintne sequentes Virgilij versus legendi hoc modo?

Armaf-ir-unquec-an-o, Troi-a qui pri-mus ab o-ris

I-tal-i-am fa-to profug-us, La-vi-naq uef-e-nit

(Risum mihi inter scribendum movet hæc paradoxologia)

No-nilli

*No-nilli imp-er-i-um pel-ag-i, sc̄rumque r-id-entem,
Sed mihi sorted-at-um. &c.*

Respondeam legendos esse eo modo , si D̄is placet , aut sanè non longè alio , perspicacioribus excogitando . Nunc autem consonantes quædam promoventur , ut *c* in quec , *f* in prof ; nunc retrahuntur , ut *m* in mus , *r* in ris , ob mensuram vocalium . Quæ etiā est causa , quare consonantes debeant mutari per vocem , ut *fit* in *maf* , & *nef* . Si quis dicat posse legi etiam *pe-la-gi* , non minus rectè quam *pel-ägi* ; scire is debet , lōgas syllabas corripi , breves produci pronunciando posse ; sed nullā aurium voluptate ; immò manifesto tædio : naturā nempe verborum refragante : Ob quod olim à populo Romano ridebantur fabularum actores , si quando longam syllabam celeriter , vel brevem tardatim protulissent : didiceratque vulgus lōgas syllabas (nō addo litteras) à brevibus , breves à longis internoscere ; cuius rei Cicero in de Oratore meminit : Neque , me iudice , id fuit difficile ; cùm omnes vocales longæ sint diphthongi .

20. Præterea video futurum , ut & nonnemo me interroget , sentiamne omnes consonantes eiusdem esse mensuræ . Atque idcirco dico , sentio : sunt , inquam , ita pares . Mirumne illud ; cùm inter se discrepent ? Non est profectò mirum . Equus enim & bos cùm sint inter se dissimiles , sunt tamen eiusdem mensuræ ; aut non multūm inæqualis . Detur hoc , me bovem cum consonante componere : licet enim : apud illos præfertim , qui unam consonantem cum duabus compo-

E

nere

nere non verentur , alteram brevem , alteram longam statuentes . Omnes enim vocales longitudinem accipiunt ex geminatione , more consonantium . Consonantes autem vocalibus comparatæ , nihil sunt nisi semilitteræ ; unde nec istæ longæ fieri possunt aliter , quam vocales , & nisi duplicantur ; ut in *Gerraed* , *Herrot* , *Wisseley* , & *Hitte* , & similibus . Per positionem quidem in *Wisseley* , & *hitte* ; naturâ dictionis in *Herrot* , & *Gerraed* . Hæc enim sunt composita ex *her* & *rot* , vel *raed* . Sed neque Hebræi , neque Græci , neque Latini consonantes (pene dixeram litteras) nunc breves , nunc longas habent . Pronomen quidem Hic Latinis nunc brevis , nunc longa syllaba est , non quòd consonans & varietur , sed vocalis i nunc brevis ponatur in hic , nunc longa pronuncietur in hinc : ut nec in verbo fac & variat , sed a nunc simplex in brevitatem , nunc ad duplex in longitudine : pariter ac u in verbo ducis duplicatur , in nominis casu genitivo simplex est , & idcirco brevis : i in idem neutrali simplex , in idem masculino geminum est . Mirum sit sanè quenquam eò devenisse impudenter , ut populo persuadere tentet , audire se posse , consonantium (ne & litterarum dicam) aliam esse brevem , aliam longam ; eum fieri id nequaquam possit . Et hic sanè non eodem sono pronunciandum , quo hinc ; nec eadem syllaba eodem prolatu brevis simul & longa esse potest ; nisi inter breves longasque syllabas nihil intersit ; nec officium hoc sit aurium , de brevibus longisque syllabis iudicare : quandoquidem aures dijudicare nequeant , si nihil intersit .

21. Si quis deinde etiam sit , qui putet in malus (nequam)

quam) syllabam ma brevem legendam esse sic, ma-lus; in malus autem (quæ est arbor) syllabam ma longam sic; ma-alus; eamque esse veram longitudinis & brevitatis differentiam; necesse erit ut is admittat tria genera mensurarum in syllabis: Vnum quidem in malus, alterum in ma-alus, tertium in mal-us. Nam & sic malus (nequam) legi potest; immò lectum olim fuit; sicut val-um; non, ut nunc, vallum; & fal-o; non, ut nunc, fallo. Non enim lum, & lo terminationes Latinæ sunt; sed um, & o. Sicut nec ra in terra, nec si in iussi terminationes sunt Latinæ; sed a in ter-a, & i in ius-i. Quod & declarat nomen ipsum Positio. Est enim positio, cùm in gratiam vulgi (quod est stolidum, neque satis audit, quid dicat) consonans verbis imponitur, additurque uni altera, ob eam causam, quod audiri etiam altera videatur parum attentis, quamquam verbis minimè altera insit, nec inesse debeat magis, quam in quotidie, littera, Battavus, rettuli; quibus verbis & poëtæ nunc, & olim inserunt; à quibus & sollicitudo, relligio, reliquiæ l accipiunt, ut p repperio: sed cum Grammaticorum veniâ, aut eorum pace scilicet; quasi nihil alijs locis peccaretur, verso in usum errore. Vulgus, etiamsi primò solum id errabat, tandem etiam in errorem hunc traxit scientes, & eruditos homines, usque adeoque eos excæcavit, utimposterūm nemo videret, quomodò legendum, vel scribēdum esset. Quæ res in admirationem me perducit, neutquam perspicientem quopactò fieri potuerit, ut veteris scriptioris, atque lectionis vestigia prorsus adeò in universūm delebentur, & evanescerent, Celtæ nos cùm initio scribere-

mus, & loqueremur ~~ssas~~, & ~~ssas~~, imitati sunt Latini; qui ex nostro ~~ssas~~ fecerunt val-um; ex ~~ssas~~ nostro fecerunt fal-o, & val-is; deinde de suo ipsi val-um fecerunt vallum, ex fal-o fallo, ex val-is vallis; interponendo consonantem, unde positionis nomen est enatum, quasi necessariò, ob accentum ibi acutum, qui duplum consonantem postulare quasi videbatur: Etiam nobis Celtis, qui pluralia fecimus ~~ssassey~~, ~~ssassey~~, & verba infinitæ significationis, ~~ssassey~~, ~~ssassey~~, ~~ssassey~~.

22. Tandem & illud vult addi; Ambulanti mihi nuper venisse obviam, qui ex me studiose quæreret, quid inter Gallicum cu, vel potius Italicum su, & Belgicum *qui* interesset: eumque tulisse hoc à me responsum; cu apud Gallos, su apud Italos esse brevem, apud Belgas *qui* longam esse syllabam. Nec ideo tu intueri longam esse syllabam, quod eodem sono, quo *qui* Belgicum, hodiè proferatur. Posse enim syllabas bifariam proferri; vel enim secundùm usum, vel iuxta naturam, atque rationem. Vsum sæpe ex brevi syllabâ facere longam, ut ex tu in tueri; ubi hodiè legimus tueri; versum

Non minor est virtus, quam querere, parta tueri,
vitiando: & ex tyr, et, pat, ul, rec, ub, min, ef brevibus syllabis, ubi hodiè legimus, ty, re, pa, tu, re, cu, mi, ne; (*quæ omnes longæ sunt syllabæ*) versum

Tityre, tu patule recubans sub tegmine fagi
conturbando, & numeris exuendo suis. Prolatio naturalis versum iucundiùs expedit. Sed nec prætermittendum, eundem illum hominem ex me quæsisse, esse ne a in avus breve; meque respondisse, ita est; tum ak-

terum denuò rogitâsse , essetne dicendum avus, id est a-vus ; atque si sic dicendum esset, fieretne tunc a longum. Omminò longum fieri, respondisse me ; veruntamen idcirco non sic esse proferendum; & Latinos omnes peccare , qui sic proferunt ; siquidem proferri debat af-us ; id exigente quoque Latinâ terminatione, quæ fere semper est vocalensis (ut verbulo ludam) id est à vocali incipiens ; unde in avus non vus , sed us. Avus autem est ex Celto af , quod Latinis est ex , ut apud Martialem isto versu,

Ex hoc occisus, Rufe, videtur Eryx :

est enim ex hoc idem, quod ab aliquo ex huius gente ; & pro ab Belgæ dicimus af. Puteus est è Flandrico put-e , & Latinâ terminatione us (hæc enim tum quoquè diximus) oculus ex ooch , vel oog , velut oculus, ogulus diminutivè. Mus ex muis , vel muus , sine vocabuli pro Latinâ terminatione sumto. Postea quæsumum , essetne af in graf brevis syllaba ; sique ea brevis esset, cur in græhey syllaba prior extenderetur. Responsum à me ; esse quidem graf syllabam brevem , & græhey esse longam cum brevi ; non quod ratio id efficiat, sed usus ; cuius etiam tantum est imperium in dasdæsey , spes spæley , dæk dækey , trek trækkey : recusantis scilicet rectè dicere das-ey , spes-ey , dæk-ey , træk-ey ; aurium miscalendarum gratiâ, quæ rectam pronunciationem ferre iampridem desueverunt : quamvis træk-ey etiam hodiè sit in usu , sed geminato k , sic trekkey ; ut gekkey , hækkey , hekkey , bekkey .

23. Hoc loco ponenda videntur aliquot verba , è Celticis Latina facta ; quorum quidem terminatio-

nes sunt diversæ , sed aptæ Romanis omnes auribus,
quæ lenititudinem semper in sermone vocalicam potius quæsiverunt , quam densitatem consonanticam ; contrà quām Celticæ, quarum idcirco robur credidimus esse malus. Sed, ecce, sunt

CELTICA, i.

LATINA. i. us.

A flug,	A Rm-us.
angstlich.	Anxi-us.
C laax,	Clar-us.
C ort, curt,	Curt-us.
E ngel,	Angel-us.
D isch, disk,	Disc-us.
C rebbet,	Crabat-us.
E ngst, angst,	Angust-us.
hoochst, haugst,	August-us.
F ruit, fruct, frucht.	Fruct-us,
J oc,	Ioc-us.
M uur,	Mur-us.
M ac,	Mal-us; male tutæ mentis.
S peer, spar,	Spar-us.
R iem, reeng,	Rem-us.
T ey, iey,	Vn-us.
K emel, camel, cameel,	Camel-us.
K aas, kase,	Cafe-us.
K ok, cok,	Coc-us.
H ette, hetse,	Æst-us.
G lozlich,	Sordid-us, quasi floridus.
S ober, sobe,	Sobri-us.

Geker,	Secur-us.
Scheef,	Scæv-us.
Stront,	Stront-us.
Echt,rect,	Rect-us.
Eond,	Rotund-us.
Zeg,segste,	Lect-us.
Neus,naas,	Naf-us.
Nieu,nou,	Nov-us.
Put,put-e,	Pute-us.
Plaay,psaay,	Plan-us.
Mank,manc,	Manc-us.
Wijch,	Fic-us.
Vel,	Vellus,pro vel-us.
Way,	Vannus,pro van-us.
Sor,soc,	Soccus,pro soc-us.
Sak,sac,	Saccus , pro fac-us.
Sllok,slloc.	Floccus,pro floc-us.
Moest,	Vast-us.
Zang,	Long-us.
Tronk,trunc,	Trunc-us ; olim trunc-us.
Muis,muus,	Mus per crasin,pro mu-us.
Wind,went,	Vent-us.
Verkey,verke,hork,	Porc-us,ut phorc-us.
Stum,muts,	Mut-us.
Asel,	Asellus,pro asel-us.
Raaf,casu,	Calv-us.
Zoot,	Bol-us.
Cloot,gloot,	Glob-us. (nutè.
Ooch,oog,	Oc-ul-us, ut ogulus dimi-
Mossel,muscel.	Muscul-us.
	Sloet,

Sloet, suus,

Flux-us, pro flus-us, per positionem quasi.

Sok, suc.

Succus, pro suc-us positio-

scherber, haber, hau-ex,

Avar-us. (naliter.

Mar, iey vel eey-nar,

Ignar-us.

Csap, colap,

Colaph-us.

Euch, fug.

Sus, pro fug-us. &c.

II

II is.

As,

Axis, pro af-is, ut positio-

Cool, caul,

Caul-is. (naliter.

Corf, corb,

Corb-is.

Og, ou,

Ou-is.

Oor, aur,

Aur-is. (phellis.

Wel, fel,

Pellis, pro pel-is, quasi

Toozy, tury,

Turris, pro tur-is, quasi

Wisch, fisc,

Pisc-is, ut phiscis. (turn-is.

Worm, serw,

Verm-is.

25i, a bee Anglis,

Api-s.

Slotel, glautel,

Clav-is. &c.

III

III. a.

Anker,

Anchor-a.

25aart, bart,

Barb-a.

25ceste,

Besti-a.

25lik, blæk, blæk-e,

Bractea, quasi blacce-a.

Colf, clof,

Clav-a.

Cas, caps,

Caps-a.

Culkt,

Culcit-a.

Croon,

Coron-a.

Catt-e,

Cou-e, kau-e,	Cave.a, caue-a.
Coord, chooord,	Chord-a.
Cuip, cuyp,	Cup-a.
Crijt, cret,	Cret-a.
Camer,	Camer-a.
Szonj, dram,	Tram-a.
Ely, euly,	Vln-a.
Vfaam,	Fam-a.
Vfool,	Phial-a.
Sordijj, cortijj,	Cortin-a.
Reten,	Caten-a.
Mam,	Mamma, pro mamma.
Mat,	Matta, pro mat-a.
Moose, mosey,	Mol-a, quasi mool-a.
Slam, scam,	Flamma, pro flam-a.
Fak-el, fac-ul,	Facul-a.
Corst, curst,	Crust-a.
Lijst, list,	List-a.
Gickey,	Sicul-a.
S quaw,	Squam-a.
Kist,	Ciit-a.
Letter,	Litter-a.
Venster,	Fenestr-a.
Pheey piyy, pēy,	Pæn-a.
Pey,	Penna, pro pen-a.
Pluum, pluum,	Plum-a.
Poorst,	Port-a.
Plant,	Plant-a.
Purper, purpur,	Purpur-a.
Roos, ros,	Rof-a.

Feyel,	Regul-a.
Tegel,	Tegul-a, cuius prima syll.
Fat,	Rot-a (Belgis est longa.)
Lantery, satery,	Latern-a.
Nebel,	Nebul-a,
Palm,	Palm-a.
Plaach, plage,	Plag-a.
Persooy,	Person-a.
Som, som,	Summa, pro sum-a.
Sponges, sponge,	Spongi-a.
Ster,	Stella , prostel-a , quasi
Spelonek,	Spelunc-a. (ster-a.)
Test,	Test-a.
Hur, our, ooz,	Hor-a.
Medu, wedue,	Vidu-a.
Nil, nul,	Vlul-a.
Tafel,	Tabella, pro tabel-a.
Fabel,	Fabella, pro fabel-a.
Mortik, wertik.	Verruc-a, quasi vertuca.
Schoof,	Schol-a, prima male brevi.
Gans,	Gans-a, Plinio.
Puist, pustel,	Pustul-a.
Worck, hurc,	Furc-a. &c.

IV.

Woter, butter,	Butyr-um.
Kesser, kessar-e,	Cellari-um.
Zeu,	Æv-um, pro veteri Æu-um.
Feeft,	Fest-um.
Srain, graay,	Gran-um.

IV. um.

Juk,	Iug-um.
Mortier, mortar-e.	Mortari-um.
Mispes, mespis.	Mespil-um.
Mid-e, med-i,	Medi-um.
Mosentjey,	Molendin-um.
Mud, mod-e,	Modi-um.
Mantel,	Mantellum , pro mantel-
Sruis, gruus,	Gruf-um.
Rars,	Ceraf-um.
Zeli,	Lili-um.
Geget,	Sigillum, pro sigil-um.
Monster,	Monstr-um, quasi monster-
Oli,	Ole-um.
prys, prese,	Preti-um, vel preci-um.
Schryy, scryne,	Scrini-um.
Scepter,	Sceptr-um, ut scepter-um.
Siiker, saccar,	Saccar-um.
Staf, stabel,	Stabul-um.
Schabel,	Scabellum, pro scabel-um
Tapeet, tapete,	Tapet-um, tapeti-um.
Waar, weer,	Ver-um.
Wal,	Vallum, pro val-um.
Wijy,	Vin-um.
Woord, werd,	Verb-um.
pzuim, pzuuy,	Prun-um.
Metaal,	Metallum, pro metal-um.
Schut,	Scut-um.
peer, pier,	Pyr-um.
Seroost, exoopt,	Erept-um. &c.

v.	v.	v.
Beker, bekar-e.		Becari-o.
Carper,		Carp-i-o.
Duur, dure,		Dur-o.
Quis, chuis,		Vlul-o, eiul-o.
Eg, eg,		Eg-o.
Melk, melke,		Mulge-o.
Murmur-eer,		Murmur-o.
Hebbe, hab-e,		Habe-o.
Kook, cooc,		Coqu-o.
Kac,		Cac-o.
Pond, ponde,		Pond-o.
Proef, proeb,		Prob-o.
Ieling, isich,		Ilic-o.
Pook, poke,		Pugi-o.
Trek, trach,		Trah-o.
Tek,		Teg-o.
Spu,		Spu-o.
Sit, sete,		Sede-o.
Rape, rapo,		Rapi-o.
Leeu,		Le-o.
Wandef,		Ambul-o.
Swijf,		Fric-o.
Spask,		Falc-o. &c.
	VI.	
Zief, bref, brieh-		Brev-e.
Quidey, hedey,		Hodi-e.
Ook, oke-		Quoque.
		Meer,

Meer, mere,
Wel, wel-e,
Getel,

Mar-e, primâ male brevi.
Bellè, pro bel-e.
Sedil-e. &c.

VII.

Calk,
Kerk,
Set,
Simpel, simple,
Cruis, cruuſ,
Macht, nocht,
Lucht, licht,
Pais, paas,

Calx.
Calix.
Sex.
Simplex.
Crux.
Nox.
Lux.
Pax, &c.

VIII.

Knie, kne,
Hoozy, hozy,

VIII. u.

Gen-u, quasi gne-u.
Corn-u, quasi chorn-u.

IX.

Cop,

IX. ut.

Cap-ut.

X.

Sief, dif,
Glaſ, glas-e,
Hoet, huus, fuus,
Ape, a bee Anglis,

X. es.

Div-es,
Glaci-es.
Pes, quasi phes.
Apes.

XI.

Mete,
Rumoeſ,

XI. or.

Meti-or.
Rumor.

Clank,

Clang-or.

XII.

XII. as.

Damp,

Lamp-as.

Ætshheit, hetsheit,

Æst-as.

XIII.

XIII. ar.

Vaar,

Par.

XIV.

XIV. os.

Meef,

Nep-os, quasi neph-os.

Flos,

Flos.

XV.

XV. rs.

Moozt,

Mors, mortis.

XVI.

XVI. en.

Stroo, strom,

Stram-en.

Nier, ner, ren,

Ren, pro ner.

XVII.

XVII. er.

Ander,

Alter.

Onser quasi noser,

Noster.

XVIII.

XVIII. ns.

Tand, tent,

Dens, dentis.

Mens, mensch,

Mens.

Schrijvend,

Scribens.

Staand,

Stans.

Meskend,

Mulgens.

XIX.

XIX. c.

Æti, hi,

Hiic, vel hic, est enim an-
ceps syllaba.

Ex his

Ex his facile quis perspiciat , quæ sit compositio verborum Latinorum ; eorumque vim significativam non in terminationibus esse sitam , sed ipsis principijs , & capite , cui caudam affingere laboriosum non fuit ; & vel Plempiolis meis proclive sit , si viam paucis verbis ostendam , quæ gradiantur .

24. Postremò mirari soleo , quid causæ sit , quamobrèm Latini re in reiectus semper producent ; qui tam en dri in quadrijuges , & bi in bijuges semper corripiunt . Nisi fortasse , quia (ut Quintilianus est auctor) etiam Ciceroni placuit aijo , Maija geminatâ litterâ ij scribere : unde & videatur scribēdum non reiectus , sed reiectus ; nec Troia , sed Troija ; necfio , sed fijo : nugæ . Nam Latinæ finitiunculæ hīc o , & a præfigi consonantem sibi nequaquam patiuntur , nisi iure , id est iniuriâ positionis . Estque planè scribendum , & dicendum non reiectus , sed à re & iactus reiectus : quod verbum dupliciter legi potest ; primò sic , re-iectus ; estque tunc syllaba re hauddubiè longa , ob extensio nem , quam in hoc sono pronunciatio minimè potest ipsa evitare , ne sibi scilicet sit adversa . Deinde potest legi sic , rei-ectus , iuxta illud Virgilij ,

à flumine reice capellas ;

estque tunc rei in rei-ectus proculdubio anceps syllaba , ob diphthongum ante vocalem ; quanquam reijce , ut re-ijce duobus ij , vel uno i dupli , sicut & bijuges ; reiectus , vel rei-ectus uno solummodo sit i scribendum . In aijo , elegeija , Maija , Troija secundum i perperam ponitur ; ut à Belgis in houſſey , settey , fricsey , malè ſs , t , ſ in seruntur : & ab ipsis Latinis in stella , vellus ,

wellus, matta, mannus, vannus l, t, n, ob aures h̄ebetes
bis ponuntur, non recte. Nata sunt enim ea verba ē
Celticis ster, h̄el, mat, may, w̄ay, & Latinis finitiunculis
a, & us, quas iam toties inculco. Videor autem mihi
in hodiernâ etiam eruditorum pronunciatione audi-
re, non audio, gaudeo, gloria, melius, potior, scrinium,
fio: sed audijo, gaudejo, glorijs, melijus, potijor, scrini-
jum, fijo. Prior in fio syllaba produci nequit, nisi gemi-
netur ij, sicut in ejus apud Lucretium hoc versu,

Et manibus mividum teneris opus effluit eij.

unde eius pro eūs: mirumque cur alijs casibus desit i.
Eiusmodi verba sic à pueris scripta in scholis, opinor,
aliquando vidimus; nempe à præceptoribus sic priùs
prolata. Græcorum quoquè quamplurimi sunt lapsus,
dum terminatiunculis suis litteras ineptè præpositas
annectunt. Quid enim attinet de cæterorum linguis
dicere? Sed tædet super his diligentem esse, & verba
plura facere. Idcirco, quia non id labore, ut meam
Orthographiam populus amplectatur, verūm hoc so-
lummodo, ne videar ego imperite cum cæteris, sed sa-
pienter deviare, immò delirare. Sapienter quidem,
quòd haudquaquam existimem omnibus à me uno
esse obſistendum; sed in re jam probis simul, & im-
probis, doctis, & indoctis usitatâ, multitudini obtē-
perandum esse intelligam. Obmutesco, & defino.

F I N I S.

Et quod uocat ad me tu
non adflans irer
et uenit per me. Et si
quoniam non uocauimus
eum ne uocem. Si ei facit aperturam sua. Tu si dicas ut
aduersus nos venias. Si absens erit uocem ipsius quod uocauimus
et ueniet per me. Et si signum tuum habes
et nunc accipies tuum. Et si signum tuum non habes
et nunc non accipies tuum.

Quoniam quod est in nobis non est regnum dei sed
est regnum mundi. Et si quis dicit deo non
pertinetis. Quia non habetis vestimenta regni
mundi. Sed vestimenta regni dei. Sicut
venerabatur Iesus Christus in vestimentis
regni dei. Sicut etiam sacerdos regni dei
venerabatur. Non enim sacerdos regni
mundi. Sed sacerdos regni dei. Non enim
vestimenta regni mundi. Sed vestimenta
regni dei. Non enim sacerdos regni mundi.
Sed sacerdos regni dei.

त्रिपुरा देवी का अस्त्र बनाया गया था। इसका नाम त्रिपुरा देवी रहा।